

# FORENSIVM CAVSARVM

Quotidianæ, ac præcipuæ Decisiones  
ex toto Ciuli Iure,

*In promptiorem fori, atq; studentium usum collectæ.*

AUTHORE

Carolo Salicio Pat. I. V. D.

AD ILLVSTRISSIMVM  
AC REVERENDISSIMVM

*D. D. Cynthium Aldobrandinum. S. R. E.  
Cardinalem Amplissimum.*

CVM PRIVILEGIIS,



VENETIIS, M. D. XCIII.

Apud Nicolaum Morettum.

*Anno*  
*3* *J*

ILLVSTRISSIMO,

A C

REVERENDISSIMO

D. D. C Y N T H I O

ALDOBRANDINO S. R. E.

C A R D I N A L I

A M P L I S S I M O,

Patrono summoperè Venerando.

Carolus Salicius Patauinus S.



**N**IMIS excors, officijque mei  
immemor extitissim, Cardi-  
nalis Amplissime, si, cum libel-  
lum hunc, qualemcunque meæ  
iuuentutis laborem, amicorum  
precibus compulsus, proferre statuissem; eum  
aut nulli Amplissimo Viro, aut non, potius Am-  
plitudini tuae dicasset. Illud namque teme-

† 2 ritatis

# FORENSIVM CAVSARVM

Quotidianæ, ac præcipuæ Decisiones.

*Ex Libris quinquaginta Digestorum collectæ*

A U T H O R E

CAROLO SALICIO PAT. I. V. DOCT.

EX DIGESTORVM,  
seu Pandectarum. Lib. I.

De legibus, & Senatuscon-  
fultis, & longa con-  
suetudine.

**N**ON possunt omnes at-  
ticuli singulatim aut le-  
gibus, aut Senatuscon-  
fultis comprehēdi; sed,  
cum in aliquo casu sen-  
tentia eorum manifesta est, is, qui  
iurisdictioni p̄œficit, ad similia pro-  
cedere, atque ita dicens, debet  
*Julianus Lex 11.*

Benignius leges interpretandæ  
sunt, quod voluntas earum conserue-  
tur. *Celsus Lex 17.*

In ambigua voce legis ea potius  
accienda est significatio, quæ vi-  
tio caret; p̄fertim cum etiam vo-  
luntas legis ex hoc colligi possit.  
*Celsus Lex 18.*

Minimè sunt mutanda, quæ inter-  
pretationem certam semper habue-  
runt. *Paulus Lex 22.*

Inciuile est, nisi tota lege perspe-  
cta vna ali qua particula eius p̄posi-  
ta iudicare, vel iudicare. *Celsus Lex 22.*

Nulla iuris ratio, aut aquitatis be-  
nignitas patitur, ut, quæ salubriter  
pro utilitate hominum introducun-  
tur, ea nos duriore interpretatione  
contra commodum ipsorum produ-  
camus ad seueritatem. *Modestinus L. 24.*

De quibus causis scripti legibus  
non utimur, id custodiri oportet,  
quod moribus, & consuetudine in-  
ductum est. Et, si qua in re hoc de-  
fecerit, tunc quod proximum, & cō-  
sequens ei est; si nec id quidem ap-  
paret, tunc ius, quo viis Romana  
utitur, seruari oportet. *Julianus Ex  
L. de quibus 35. prin.*

Inueterata consuetudo pro lege  
non immerito custoditur; & hoc  
est ius, quod dicitur moribus consti-  
tutum. Nam, cum ipsæ leges nulla  
ex alia causa nos reneant, quā quod  
iudicio populi receptæ sunt, meri-  
tò & ea, quæ sine ullo scripto popu-  
lus approbavit, tenebūt omnes. Nā  
quid interest, suffragio populus vo-  
luntatem suam declareret, an rebus ip-  
fis, & factis? *Julianus Ex l. ced. §. inue-  
terata.*

Quare rectissimè etiam illud re-  
ceptum est; ut leges, non solo suf-  
fragio legislatoris, sed etiam tacito  
consensu omnium per desuetudi-  
nem abrogētur. *Julianus Ex l. ca. §. f.*

A Si

# FORENSIVM CAVSARVM

Quotidianæ, ac præcipuæ Decisiones.

*Ex Diui Iustiniani Codice, nouellisque eius  
Constitutionibus collectæ.*

AUTHORE CAROLO SALICIO  
Patauino, I. V. Doct.

EX LIBRO PRIMO  
Codicis.

## De Sacrosanctis Ecclesijs.



Vi rem conduclam, uel in Emphyteofim accipiam fecerit dateriorum, aut Emphyteoticum canonem per biennium non soluerit; repelli potest: ut tamen soluat totius temporis pensionem, & id, in quo rem lœgit, restituat: non repetitur, si quid impedit nomine meliorationis. *Imp. Justin. Auct. qui rem.*

Ve inter diuinum publicumque ius, & priuata commoda competens discretio sit; sancimus: si quis aliquam reliquerit hereditatem, vel legatum, vel fideicomisum, uel donationis titulo aliquid dederit, uel uendiderit, siue sacrosantis ecclesijs, siue uenerabilib. xenonib. uel prochotrophijs uel monasteriis masculorū, uel uirginū, uel orphano trophijs, uel bephotrophijs, uel gezonthocomiis, nec nō iuri ciuitatū;

uel donatorū, uel uenditorū, uel relictorum eis sit longua exactio, nulla temporum solita præscriptio ne coarctanda. Sed & si in redemp tionem captiñorum quædam pœnitentia, uel res relicte, uel legitimo modo donata sint; & carum exactio nem longissimam esse censemus. Et nobis quidem cordi erat, nullis tem porum metis huiusmodi actiones circumcludi: sed ne uideamur in infinitum hanc extendere; longissimum hominis nitus tempus elegimus, & non aliter eam actionem finiti concedimus; nisi centum annos curricula excederint. Tunc eni tantummodo huiusmodi exactio nem evanescere finimus. *Imp. Justinianus Ex. l. fin. prin.*

## De Episcopis, & Clericis.

Si captivi alicuius liberi, seu cognati, redempzionem eius neglexerint; non solum exhortari possunt, sed et lege denegatur eis siue ecclio: & si fuerint scripti, tū ualeat

O icla-